



UNIVERSITY OF CAMBRIDGE INTERNATIONAL EXAMINATIONS
Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate
Principal Subject

www.XtremePapers.com

LATIN

9788/02

Paper 2 Prose Literature

May/June 2012

2 hours

Additional Materials: Answer Booklet/Paper

READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, highlighters, glue or correction fluid.

This paper is in **two** sections.

Section A

Answer **all** questions on **both** passages from your chosen prescribed text.

Section B

Choose **one** of the two essays set on your chosen prescribed text.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

This document consists of **6** printed pages and **2** blank pages.



Section A

Answer **both** questions on your chosen prescribed text.

In your answers in this section, you should comment closely on the language used where appropriate.

Cicero, *Pro Milone*, 24-56, 72-78, 83-90

1 Read the following passage and answer the questions:

haec, sicuti exposui, ita gesta sunt, iudices; insidiator superatus est, vi victa vis vel potius oppressa virtute audacia est. nihil dico, quid res publica consecuta sit, nihil, quid vos, nihil, quid omnes boni; nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rem publicam vosque servaret. si id iure fieri non potuit, nihil habeo, quod defendam. sin hoc et ratio doctis et necessitas barbaris et mos gentibus et feris etiam beluis natura ipsa praescipsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent, non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis aut vestris sententiis esse pereundum. quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo neque tum primum petitum quam iugulari a vobis, quia se non iugulandum illi tradidisset. sin hoc nemo vestrum ita sentit, non illud iam in iudicium venit, occisusne sit, quod fatemur, sed iure an iniuria, quod multis in causis saepe quaesitum est. insidias factas esse constat, et id est, quod senatus contra rem publicam factum iudicavit; ab utro factae sint, incertum est. de hoc igitur latum est ut quaeretur.

(Cicero, *Pro Milone* 30-31)

- (i) *haec, sicuti exposui, ita gesta sunt* (line 1): briefly outline the events which Cicero has just related. [5]
- (ii) *insidiator ... tradidisset* (lines 1-12): how does Cicero here enliven his argument in defence of Milo? [10]
- (iii) Translate lines 12-16 (*sin hoc ... quaeretur*). [5]

[Total: 20]

Cicero, *Pro Milone*, 24-56, 72-78, 83-90

2 Read the following passage and answer the questions:

vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque obtestor, vosque, Albanorum obrutae arae sacrorum populi Romani sociae et aequales, quas ille praeceps amentia caesis prostratisque sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppresserat; vestrae tum irae, vestrae religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat; tuque ex tuo edito monte, Latiaris sancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora finesque saepe omni nefario stupro et scelere macularat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti; vobis illae, vobis vestro in conspectu serae, sed iustae tamen et debitae poenae solutae sunt. nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacrarium Bonae deae, quod est in fundo T. Sergi Galli, in primis honesti et ornati adulescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cum proelium commisisset, primum illud vulnus acciperet, quo taeterrimam mortem obiret; ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem poenam reservatus. nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore et luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere inimici etiam solent, ambureretur abiectus.

(Cicero, *Pro Milone*, 85-6)

- (i) *vos enim ... solutae sunt* (lines 1-9): discuss the tone of these lines. [10]
- (ii) *nisi forte ... reservatus* (lines 9-14): explain the references to *Bonae deae* and *iudicio illo nefario*, making clear Cicero's argument. [5]
- (iii) Translate lines 14-17 (*nec vero ... abiectus*). [5]

[Total: 20]

Tacitus, *Annals* XV. 38-74

3 Read the following passage and answer the questions:

alii eo usque cura progressi sunt ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent. ceterum Nero usus est patriae ruinis exstruxitque domum in qua haud proinde gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinum hinc silvae inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, 5 quibus ingenium et audacia erat etiam quae natura denegavisset per artem temptare et viribus principis includere. namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant squalenti litore aut per montes adversos. neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera abrupta aut arentia ac, si perrumpi possent, 10 intolerandus labor nec satis causae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conisus est; manentque vestigia inritae spei. ceterum urbis quae domui supererant non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus 15 quae frontem insularum protegerent. eas porticus Nero sua pecunia exstructurum purgatasque areas dominis traditurum pollicitus est.

(Tacitus, *Annals* XV. 41-3)

- (i) *alii ... numerent* (lines 1-2): explain what Tacitus is saying here, including relevant dates. [4]
- (ii) *ceterum Nero ... spei* (lines 2-12): in your view, what is Tacitus' attitude to Nero's building projects in these lines? [11]
- (iii) Translate lines 13-17 (*ceterum ... pollicitus est*). [5]

[Total: 20]

Tacitus, *Annals* XV. 38-74

4 Read the following passage and answer the questions:

saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia advocatis scriptoribus pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo. at Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, iubet inhiberi mortem. hortantibus militibus servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignarae. nam ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam; cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum pallorem albens ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat provisum pridem venenum quo damnati publico Atheniensium iudicio exstingerentur promeret; adlatumque hausit frustra, frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni. postremo stagnum calidae aquae introit, respergens proximos servorum addita voce libare se liquorem illum Iovi liberatori. exim balneo inlatus et vapore eius exanimatus sine ullo funeris sollemni crematur. ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis suis consuleret.

(Tacitus, *Annals* XV. 63-4)

- (i) Translate lines 1-5 (*saevisque ... supersedeo*). [5]
- (ii) *at Nero ... egestum* (lines 5-12): what picture emerges of (a) Nero and (b) Paulina in these lines? [6]
- (iii) *Seneca ... consuleret* (lines 12-20): discuss this description of Seneca's suicide. [9]

[Total: 20]

Section B**Essay**

Answer **one** of the two questions below on your chosen prescribed text. You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context.

Either

- 5** The *Pro Milone* is regarded by some critics as a masterpiece. Do you think that their view is justified? [20]

Or

- 6** How convincing do you find Cicero's portrayal of Clodius in the *Pro Milone*? [20]

Either

- 7** 'Tacitus is a master of dramatic narrative.' Discuss with reference to the episodes you have read in both *Annals* XIV and XV. [20]

Or

- 8** 'There is little psychological complexity in the presentation of Nero's character.' Discuss with reference to the episodes you have read in both *Annals* XIV and XV. [20]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

University of Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.